Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in domino misericordia circumdabit. Le
tamini in domino et exultate iusti: et glo
riamini omnes recti corde.
Exultate iusti in domino: rectos de
cet laudatio. Confitemini dño
in cythara: in psalterio decem cor
darū psallite illi. Cantate ei canticū no
uum: bene psallite ei in uociferatione.
Quia rectum est uerbum domini: et
omnia opera eius in fide. Diligit mise
ricordiam et iudicium: misericordia domi
ni plena est terra. Verbo domini cœli
firmati sunt: et spiritu oris eius omnis
uirtus eorum. Congregans sicut in utre
aquas maris: ponens in thesauris abys
sos. Timeat dominum omnis terra: ab
eo autem cōmoueantur omnes inhabi
tantes orbem. Quoniam ipse dixit et fac
ta sunt: ipse mandauit et creata sunt.
Dominus dissipat consilia gentium: